ita ut complementa l_1 et L_1 simul respective cum complementis m_1 et M_1 ad nihil appropinquent. Habemus his has series:

$$34.\quad \left\{\begin{array}{l}
1\ldots l_1^{00} < m_1^{0002},\quad l_1^0 < m_1^{002},\quad l_1 < m_1^{02},\quad l_1' < m_1^2,\quad l_1'' < m_1'^2 \ldots 0,\\
1\ldots L_1^{00} < M_1^{0002},\quad L_1^0 < M_1^{002},\quad L_1 < M_1^{02},\quad L_1' < M_1^2,\quad L_1'' < M_1'^2 \ldots 0.
\end{array}\right.$$

Iam vero etiam placet, modulos l, l^0 etc., $\mathfrak{l}$, $\mathfrak{l}^0$ etc. atque complementa l, l'_1 etc., L, L'_1 etc. inter se ipsa comparare, quamvis lex hîc regnans non tam concinna, quam antea allatae, fiat. Habuimus formulam (2.):

$$l^0 = \left(\frac{lc}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1}{m_1+c_1 l_1}\right),$$

unde sequitur:

$$\frac{l^0}{l} = \left(\frac{c}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1}{m_1+c_1 l_1}\right).$$

Cum vero sit: $\mathfrak{k}_1 < \mathfrak{l}_1$, et $c_1 < l_1$, habemus:

$$\frac{c}{1+m_1}\cdot\frac{m_1+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1}{m_1+c_1 l_1} < \frac{c}{1+m_1}\cdot\frac{m_1+\mathfrak{l}_1^2}{m_1+c_1^2}.$$

Valore vero ipsius $\mathfrak{l}_1^2 = \frac{m_1^2-c_1^2}{c^2}$ substituto, erit:

$$\frac{l^0}{l} = \left(\frac{c}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1}{m_1+c_1 l_1}\right) < \left(\frac{1}{c}\right)\left(\frac{m_1-c_1^2}{m_1+c_1^2}\right).$$

Cum denique sit:

$$(1+c)^2 > m_1,$$

sive

$$\frac{1-c}{1+c} < \frac{c_1^2}{m_1},$$

etiam erit:

$$c > \frac{m_1-c_1^2}{m_1+c_1^2},$$

unde sequitur fore:

$$\frac{1}{c}\cdot\frac{m_1-c_1^2}{m_1+c_1^2} < 1,$$

atque hanc ob rem:

$$l^0 < l.$$

Eodem modo formula (4.):

$$\mathfrak{l}^0 = \frac{1-m}{lc}\cdot\frac{m_1+c_1 l_1}{m_1+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1},$$

loco ipsius lc introducto valore aequivalenti $\frac{m^2}{\mathfrak{k}\mathfrak{l}}$, hanc suppeditat:

$$\frac{\mathfrak{l}^0}{\mathfrak{l}} = \left(\frac{\mathfrak{k}}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1+c_1 l_1}{m_1+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1}\right).$$

Iam vero erit:

$$\frac{\mathfrak{l}^0}{\mathfrak{l}} = \left(\frac{\mathfrak{k}}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1+c_1 l_1}{m_1+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1}\right) < \left(\frac{\mathfrak{k}}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1+l_1^2}{m_1+\mathfrak{k}_1^2}\right) = \frac{1}{\mathfrak{k}}\left(\frac{m_1-\mathfrak{k}_1^2}{m_1+\mathfrak{k}_1^2}\right).$$

Habemus rursus:

$$(1+\mathfrak{k})^2 > m_1,$$

sive:

$$\mathfrak{k} > \frac{m_1-\mathfrak{k}_1^2}{m_1+\mathfrak{k}_1^2},$$

unde sequitur fore:

$$\mathfrak{l}^0 < \mathfrak{l}.$$

Inde adhuc demonstratum est theorema hoc:

„Moduli

„35. $l,\ l^0,\ l^{00},\ l^{000}\ \dots\dots$ atque $\mathfrak{l},\ \mathfrak{l}^0,\ \mathfrak{l}^{00},\ \mathfrak{l}^{000}\ \dots\dots$

„iam ab initio seriem decrescentem constituunt, cuius terminus quisque a „quadrato moduli primi cohaerentis antecedentis superatur."

Simile theorema in altera transformatione:

„complementa modulorum secundorum:

$$„36.\quad \begin{cases} l_1, & l'_1, & l''_1, & l'''_1, & \text{etc.} \\ L, & L'_1, & L''_1, & L'''_1, & \text{etc.} \end{cases}$$

„ita ab initio iam decrescunt, ut quisque a quadrato complementi moduli „tertii cohaerentis superetur, eodem modo ex formulis posterioribus (2.) „et (4.) deducitur." Iam vero denique modulos minimos m, m^0 etc. in altera, et complementa minima c_1, c'_1 etc. in altera transformatione contemplemur. Habemus formulas ex form. (1.), (3.) et (5.) deductas:

$$m^{02} = \frac{1-m_1}{1+m_1}\cdot c^0\,\mathfrak{k}^0, \qquad c'^2_1 = \frac{1-c}{1+c}\cdot m'_1\,M'_1,$$

unde sequitur, cum sit:

$$\frac{1-m_1}{1+m_1} < m^2, \qquad c^0 < c^2, \qquad \mathfrak{k}^0 < \mathfrak{k}^2,$$

$$\frac{1-c}{1+c} < c_1^2, \qquad m'_1 < m_1^2, \qquad M'_1 < M_1^2,$$

fore:

$$m^0 < m.c.\mathfrak{k}, \qquad c'_1 < c_1.m_1 M_1$$

ita ut „moduli

$$„m,\quad m^0,\quad m^{00},\quad \dots\dots$$

„atque complementa

$$„37.\quad c_1,\quad c'_1,\quad c''_1,\quad \dots\dots$$

„seriem decrescentem constituant, eoque magis ad 0 convergentem, quo „minora producta:

$$„c\,\mathfrak{k},\qquad c^0\,\mathfrak{k}^0,\qquad c^{00}\,\mathfrak{k}^{00},\quad \text{etc.}$$

$$„m_1 M_1,\qquad m'_1 M'_1,\qquad m''_1 M''_1,\quad \text{etc.}$$

„fiant." Iam vero haec appropinquatio ad nihil multo arctius determinatur, sequenti consideratione adhibita. Habemus ex formulis (2.) et (3.):

$$m^0 = \left(\frac{l^0}{c^0}\right) c^0\,\mathfrak{k}^0, \qquad c'_1 = \left(\frac{l'_1}{m'_1}\right) m'_1\,M'_1,$$

unde, quia theoremata (28.) et (29.) ostendunt, fore:

$$c^0\,\mathfrak{k}^0 < c^2\,\mathfrak{k}^2, \qquad m'_1\,M'_1 < m_1^2\,M_1^2,$$

atque ex theorematibus (33.) et (34.) sequitur:

$$\frac{l^0}{c^0} < 1, \qquad \frac{l'_1}{m'_1} < 1,$$

prodeunt relationes:

$$38. \quad m^0 < c^2 \mathfrak{k}^2, \qquad c'_1 < m_1^2 M_1^2,$$

et haec theoremata:

„Moduli

$$„39. \quad m, \quad m^0, \quad m^{00},$$

„in altera transformatione repetita ita decrescunt, ut quisque ab quadrato „producti utriusque moduli c, $\mathfrak{k}$, antecedentis superetur, atque eodem modo „in altera transformatione

„Complementa

$$„40. \quad c_1, \quad c'_1, \quad c''_1,$$

„ita decrescunt, ut quisque a quadrato producti utriusque moduli tertii „m, M antecedentis superetur."

Iam vero generalem adhuc legem quinternorum modulorum ad nihil appropinquantium inde deducimus, ut animadvertamus, dum fractiones:

$$\frac{m}{c} = \mathfrak{l}, \quad \frac{m}{l} = \mathfrak{k}, \quad \frac{m}{\mathfrak{k}} = l, \quad \frac{m}{\mathfrak{l}} = c,$$

ad nihil convergant, fractionem:

$$\frac{l}{c} = \frac{\mathfrak{l}}{\mathfrak{k}}$$

mox ad unitatem appropinquaturam esse.

Similemque observationem de fractione $\frac{l_1}{m_1} = \frac{L_1}{M_1}$ faciamus. Habemus nimirum formulas sponte prodeuntes

$$\frac{l}{c} = \frac{\mathfrak{l}}{\mathfrak{k}}, \qquad \frac{l^0}{c^0} = \frac{\mathfrak{l}^0}{\mathfrak{k}^0}, \quad \text{etc.}$$

nec non ex formulis (26.) et (27.) sequuntur hae:

$$\sqrt{(c^{02} - l^{02})} = \frac{m_1^0 l_1^0}{\mathfrak{l}_1^0} \cdot \frac{c^2 - l^2}{(l_1 + c_1)^2}, \qquad \sqrt{(\mathfrak{k}^{02} - \mathfrak{l}^{02})} = \frac{m_1^0 \mathfrak{l}_1^0}{l_1^0} \cdot \frac{\mathfrak{k}^2 - \mathfrak{l}^2}{(\mathfrak{l}_1 + \mathfrak{k}_1)^2},$$

quibus inter se multiplicatis, post faciles reductiones nanciscimur hanc formulam:

$$\sqrt{\left(1 - \frac{l^{02}}{c^{02}}\right)} = \sqrt{\left(\frac{c^2 \mathfrak{k}^2}{c^0 \mathfrak{k}^0}\right)\left(\frac{m_1^0}{(l_1 + c_1)(\mathfrak{l}_1 + \mathfrak{k}_1)}\right)\left(1 - \frac{l^2}{c^2}\right)} = \sqrt{\left(1 - \frac{\mathfrak{l}^0}{\mathfrak{k}^0}\right)}.$$

Iam vero ex form. (32.) sequitur, semper fore:

$$c^0 > \frac{1 - c_1}{1 + c_1}, \qquad \mathfrak{k}^0 > \frac{1 - \mathfrak{k}_1}{1 + \mathfrak{k}_1},$$

quibus valoribus substitutis erit:

$$\sqrt{\left(1-\frac{l^{0\,2}}{c^{0\,2}}\right)} < \frac{(1+c_1)(1+\mathfrak{k}_1)}{(l_1+c_1)(\mathfrak{l}_1+\mathfrak{k}_1)}\cdot m_1^0\left(1-\frac{l^2}{c^2}\right).$$

Unde colligere possumus, quia, complementis c_1, $\mathfrak{k}_1$, l_1, $\mathfrak{l}_1$, m_1^0 ad unitatem appropinquantibus, factor $\frac{(1+c_1)(1+\mathfrak{k}_1)}{(l_1+c_1)(\mathfrak{l}_1+\mathfrak{k}_1)}m_1^0$ ipse ad unitatem accedit, quantitatem $\sqrt{\left(1-\frac{l^{0\,2}}{c^{0\,2}}\right)}$ per primam transformationem denique ordinis $\left(1-\frac{l^2}{c^2}\right)$ fieri, itaque postremo rapide usque ad nihil decrescere.

Eodem modo in altera transformatione complementa m_1' et l_1' similem legem sequi, ex formulis his demonstratur. Habemus:

$$\frac{l_1}{m_1} = \frac{L_1}{M_1}, \qquad \frac{l_1'}{m_1'} = \frac{L_1'}{M_1'}, \quad \text{etc.}$$

atque ex form. (26.) et (27.)

$$\sqrt{(m_1'^2-l_1'^2)} = \frac{c'l'}{L'}\cdot\frac{(m_1^2-l_1^2)}{(l+m)^2}, \qquad \sqrt{(M_1^2-L_1'^2)} = \frac{c'L'}{l'}\cdot\frac{(M_1^2-L_1^2)}{(L+M)^2},$$

quibus aequationibus coniunctis, erit:

$$\sqrt{\left(1-\frac{l_1'^2}{m_1'^2}\right)} = \sqrt{\left(\frac{m_1^2 M_1^2}{m_1' M_1'}\right)}\left(\frac{c'}{(l+m)(L+M)}\right)\left(1-\frac{l_1^2}{m_1^2}\right) = \sqrt{\left(1-\frac{L_1'^2}{M_1'^2}\right)}.$$

Iam vero antea habuimus relationes:

$$m_1' > \frac{1-m}{1+m}, \qquad M_1' > \frac{1-M}{1+M},$$

unde sequitur fore:

$$\sqrt{\left(1-\frac{l_1'^2}{m_1'^2}\right)} < \left(\frac{(1+m)(1+M)}{(l+m)(L+M)}\right)c'.\left(1-\frac{l_1^2}{m_1^2}\right);$$

quae relatio, cum moduli m, M, l, L, c in hac transformatione ad unitatem appropinquent, docet denique quantitatem:

$$\sqrt{\left(1-\frac{l_1'^2}{m_1'^2}\right)} = \sqrt{\left(1-\frac{L_1'^2}{M_1'^2}\right)},$$

fieri ordinis:

$$\left(1-\frac{l_1^2}{m_1^2}\right) = \left(1-\frac{L_1^2}{M_1^2}\right).$$

Itaque demonstravimus hoc **theorema**:

„fractiones

$$„41. \quad \frac{l}{c}, \quad \frac{l^0}{c^0}, \quad \frac{l^{00}}{c^{00}}$$

„et

$$„42. \quad \frac{l_1}{m_1}, \quad \frac{l_1'}{m_1'}, \quad \frac{l_1''}{m_1''}$$

„dum illic moduli:

$$„m, \quad m^0, \quad m^{00}, \quad \ldots.$$

„et hîc complementa:

$$„c_1, \quad c'_1, \quad c''_1, \quad \dots .$$

„ad nihil accedunt, mox ad unitatem appropinquant."

Inde ex hoc theoremate de modulis minimis adhuc, atque de complementis minimis in altera transformatione, memorabile deducere licet hoc

theorema:

„Moduli

$$„43. \quad m, \quad m^0, \quad m^{00}, \quad \dots .$$

„quos per primam transformationem repetitam adipiscimur, ita denique „semper decrescunt, ut quisque a quadrato antecedentis superetur, eam„que legem observant complementa:

$$„44. \quad c_1, \quad c'_1, \quad c''_1, \quad \text{etc.}$$

„in altera transformatione repetita."

Demonstratio.

Ex formulis (6.) hae sponte sequuntur:

$$m^0 = m^2 \frac{c^0}{l^0} \cdot \frac{1}{(1+m_1)^2}, \qquad c'_1 = c_1^2 \frac{m'_1}{l'_1} \cdot \frac{1}{(1+c)^2}.$$

Iam vero secundum theorema antecedens quantitates:

$$\frac{c^0}{l^0}, \quad \frac{c^{00}}{l^{00}}, \quad \dots . \qquad \frac{m'_1}{l'_1}, \quad \frac{m''_1}{m''_1}, \quad \dots .$$

ad unitatem appropinquant, dum igitur quantitatibus m_1 in altera, et c in altera ad 1 appropinquantibus fractiones

$$\frac{1}{(1+m_1)^2}, \quad \frac{1}{(1+m_1^0)^2}, \quad \text{etc.} \qquad \frac{1}{(1+c)^2}, \quad \frac{1}{(1+c')^2}, \quad \text{etc.}$$

ad valores $= \frac{1}{4}$ mox accedunt, sequitur, inde a termino quodam algorithmi, ubi primum $\frac{c^0}{l^0} \cdot \frac{1}{(1+m_1)^2}$ vel $\frac{m'_1}{l'_1} \cdot \frac{1}{(1+c)^2}$ unitate minor fiat, theorema quaesitum verum esse.

Adiiciamus adhuc duo theoremata de iisdem his modulis minimis m, m^0, ... atque de complementis c_1, c'_1, ... haud supervacanea, quae ex comparatione cum modulis, quos per transformationem secundi ordinis integralium ellipticorum adipiscimur, originem trahunt. Obtinemus enim, „fore in prima transformatione:

$$„45. \begin{cases} \frac{1-c_1}{1+c_1} > m^0, & \frac{1-c_1^0}{1+c_1^0} > m^{00}, & \frac{1-c^{00}}{1+c^{00}} > m^{000}, & \dots . \\ \frac{1-\mathfrak{k}_1}{1+\mathfrak{k}_1} > m^0, & \frac{1-\mathfrak{k}_1^0}{1+\mathfrak{k}_1^0} > m^{00}, & \frac{1-\mathfrak{k}^{00}}{1+\mathfrak{k}^{00}} > m^{000}, & \dots . \\ \frac{1-m_1}{1+m_1} < m^0, & \frac{1-m_1^0}{1+m_1^0} < m^{00}, & \frac{1-m_1^{00}}{1+m_1^{00}} < m^{000}, & \dots . \end{cases}$$

„sed fractiones:

$$„\frac{\frac{1-m_1}{1+m_1}}{m^0}, \qquad \frac{\frac{1-m_1^0}{1+m_1^0}}{m^{00}}, \qquad \text{etc.}$$

„denique ad unitatem quam proxime accedere, similiterque in altera trans-
„formatione fore:

$$„\frac{1-m}{1+m} > c_1', \quad \frac{1-m'}{1+m'} > c_1'', \quad \frac{1-m''}{1+m''} > c_1''', \quad \ldots\ldots$$

$$„\frac{1-M}{1+M} > c_1', \quad \frac{1-M'}{1+M'} > c_1'', \quad \frac{1-M_1''}{1+M_1''} > c_1''', \quad \ldots\ldots$$

$$„\frac{1-c}{1+c} < c_1', \quad \frac{1-c_1'}{1+c_1'} < c_1'', \quad \frac{1-c_1''}{1+c_1''} < c_1''', \quad \ldots\ldots$$

„atque fractiones:

$$„\frac{\frac{1-c}{1+c}}{c_1'}, \qquad \frac{\frac{1-c'}{1+c'}}{c_1''}, \qquad \text{etc.}$$

„rursus ad unitatem appropinquare."

Demonstratio.

Habemus relationes:

$$(m_1-c_1)(m_1-l_1) > 0, \qquad (m_1-\mathfrak{k}_1)(m_1-\mathfrak{l}_1) > 0$$

unde post faciles reductiones, sequitur:

$$\left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1-c_1 l_1}{m_1+c_1 l_1}\right) < \left(\frac{1-c_1}{1+c_1}\right)\left(\frac{1-l_1}{1+l_1}\right), \quad \left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1-\mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}{m_1+\mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}\right) < \left(\frac{1-\mathfrak{k}_1}{1+\mathfrak{k}_1}\right)\left(\frac{1-\mathfrak{l}_1}{1+\mathfrak{l}_1}\right).$$

Iam vero formulis (7.) et (8.):

$$m^0 l^0 = \left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1-c_1 l_1}{m_1+c_1 l_1}\right), \qquad m^0 \mathfrak{l}^0 = \left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\right)\left(\frac{m_1-\mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}{m_1+\mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}\right),$$

adhibitis erit:

$$m^0 l^0 < \left(\frac{1-c_1}{1+c_1}\right)\left(\frac{1-l_1}{1+l_1}\right), \qquad m^0 \mathfrak{l}^0 < \left(\frac{1-\mathfrak{k}_1}{1+\mathfrak{k}_1}\right)\left(\frac{1-\mathfrak{l}_1}{1+\mathfrak{l}_1}\right),$$

eoque fortius:

$$m^0 < \left(\frac{1-c_1}{1+c_1}\right), \qquad m^0 < \left(\frac{1-\mathfrak{k}_1}{1+\mathfrak{k}_1}\right).$$

Deinde habemus ex formulis (6.):

$$\frac{l^0}{c^0} = \frac{\frac{1-m_1}{1+m_1}}{m^0} = \frac{\mathfrak{l}^0}{\mathfrak{k}^0},$$

unde theoremate (41.) adiuti docemur, quantitates fractas:

$$\frac{\frac{1-m_1}{1+m_1}}{m^0}, \qquad \frac{\frac{1-m_1^0}{1+m_1^0}}{m^{00}}, \qquad \text{etc.}$$

simul cum $\frac{l^0}{c^0}$ ad unitatem accedere.

Altera pars theorematis eodem modo demonstratur.

Deinde hoc **theorema** proponimus:

„Series:

„47. $$\begin{cases} \frac{c}{\mathfrak{k}} = \frac{l}{\mathfrak{l}}, & \frac{c^0}{\mathfrak{k}^0} = \frac{l^0}{\mathfrak{l}^0}, \quad \frac{c^{00}}{\mathfrak{k}^{00}} = \frac{l^{00}}{\mathfrak{l}^{00}}, \quad \dots \\ \frac{m_1}{M_1} = \frac{l_1}{L_1}, & \frac{m_1'}{M_1'} = \frac{l_1'}{L_1'}, \quad \frac{m_1''}{M_1''} = \frac{l_1''}{L_1''}, \quad \dots \end{cases}$$

„si in illa $c < \mathfrak{k}$, in hac $m_1 < M_1$ fuerit, ita decrescunt, ut quisque termi-„nus a quadrato antecedentis superetur, dum contrario casu quantitates:

„48. $$\frac{\mathfrak{k}}{c}, \quad \frac{\mathfrak{k}^0}{c^0}, \quad \frac{\mathfrak{k}^{00}}{c^{00}}, \text{ etc.} \qquad \frac{M_1}{m_1}, \quad \frac{M_1'}{m_1'}, \quad \frac{M_1''}{m_1''}. \text{ etc.}$$

„eandem legem sequuntur."

Demonstratio.

Ex formula (21.) posteriori, sequitur haec:

$$\frac{c}{\mathfrak{k}} = \frac{\frac{2\sqrt{c^0}}{1+c^0}}{\frac{2\sqrt{\mathfrak{k}^0}}{1+\mathfrak{k}^0}} = \frac{l}{\mathfrak{l}},$$

unde deducimus hanc aequationem:

$$\frac{c^2}{\mathfrak{k}^2} : \frac{c^0}{\mathfrak{k}^0} = \left(\frac{1+\mathfrak{k}^0}{1+c^0}\right)^2,$$

ita ut posito $c^0 < \mathfrak{k}^0$ habeamus:

$$\frac{c^0}{\mathfrak{k}^0} < \frac{c^2}{\mathfrak{k}^2},$$

contra posito, $\mathfrak{k}^0 < c^0$, fiat:

$$\frac{\mathfrak{k}^0}{c^0} < \frac{\mathfrak{k}^2}{c^2}.$$

Iam vero fractio $\frac{2\sqrt{x}}{1+x}$ simul cum argumento x ab nihilo usque ad unitatem crescente, ipsa ab nihilo ad unitatem crescit, ita tamen, ut semper sit:

$$x > \frac{2\sqrt{x}}{1+x},$$

unde clarum fit, prout fuerit:

$$c < \mathfrak{k}, \qquad c = \mathfrak{k}, \qquad c > \mathfrak{k},$$

etiam fore:

$$c^0 < \mathfrak{k}^0, \quad c^0 = \mathfrak{k}^0, \quad c^0 > \mathfrak{k}^0.$$

quibus cum antecedentibus collatis, theorematis prior pars demonstrata est. Alteram partem per formulam hanc ex priori (21.) sequentem:

$$\frac{m_1'}{M_1'} = \frac{\left(\frac{2\sqrt{m_1}}{1+m_1}\right)}{\left(\frac{2\sqrt{M_1}}{1+M_1}\right)}$$

similiter ostendere possumus. Utramque vero etiam per has formulas, ex (1.), (2.), (4.), (5.) sequentes:

$$\frac{c^0}{\mathfrak{k}^0} = \left(\frac{m_1 - c_1 l_1}{m_1 + c_1 l_1}\right)\left(\frac{m_1 + \mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}{m_1 - \mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}\right) = \frac{m_1^2 - c_1^2 l_1^2}{m_1^2 - C_1^2 L_1^2} \cdot \frac{m + \mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}{m_1 + c\,\mathfrak{l}_1} = \frac{c^2}{C^2}\left(\frac{m_1 + \mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}{m_1 + c_1 l_1}\right)^2,$$

$$\frac{m_1'}{M_1'} = \left(\frac{c - lm}{c + lm}\right)\left(\frac{c + LM}{c - LM}\right) = \frac{c^2 - l^2 m^2}{c^2 - L^2 M^2}\left(\frac{c + LM}{c + lm}\right)^2 = \left(\frac{m_1}{M_1}\right)^2 \left(\frac{c + LM}{c + lm}\right)^2$$

demonstrare licet.

Adiicere placet adhuc, has aequationes ex (1.) et (5.) sequentes:

$$c_1^0 = \frac{\frac{2\sqrt{(c_1 l_1)}}{m_1}}{1 + \frac{c_1 l_1}{m_1}}, \qquad \mathfrak{k}_1^0 = \frac{\frac{2\sqrt{(\mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1)}}{m}}{1 + \frac{\mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}{m}},$$

docere, algorithmum, quo moduli c et $\mathfrak{k}$ determinentur, denique ubi $c = l$, $\mathfrak{k} = \mathfrak{l}$, $m_1 = 1$ posuimus, his formulis concinnis exhiberi:

$$c_1^0 = \frac{2c_1}{1 + c_1^2}, \qquad \mathfrak{k}_1^0 = \frac{2\mathfrak{k}_1}{1 + \mathfrak{k}_1^2},$$

sive:

$$c^0 = \frac{1 - c_1^2}{1 + c_1^2}, \qquad \mathfrak{k}^0 = \frac{1 - \mathfrak{k}_1^2}{1 + \mathfrak{k}_1^2},$$

quae ad algorithmum notissimo medio arithmetico geometrico similem ducunt, dum secundum theorema (45.), sive secundum hanc formulam ex formula (6.) derivatam:

$$\sqrt{\left(1 - \frac{l^{02}}{c^{02}} m^{02}\right)} = \frac{2\sqrt{m_1}}{1 + m_1},$$

determinatio tertii moduli, dum $\frac{l^0}{c^0} = 1$ devenerit, ad illum algorithmum ipsum reducitur. Ad similes observationes formulae:

$$m' = \frac{2\sqrt{\left(\frac{ml}{c}\right)}}{1 + \frac{ml}{c}}, \quad M' = \frac{\frac{2\sqrt{(ML)}}{c}}{1 + \frac{ML}{c}}, \quad \sqrt{\left(1 - \frac{l_1'^2}{m_1'^2} c_1'^2\right)} = \frac{2\sqrt{c}}{1 + c}.$$

Priusquam disquisitiones de natura modulorum finiamus nonnullos casus speciales quinternorum modulorum ponere placet. Primum sit $\mathfrak{k} = 1$, sive $l = m$, et $M = L$.

Habebimus:

$$c^0 = \frac{1 - c_1}{1 + c_1}, \quad l^{02} = \left(\frac{1 - m_1}{1 + m_1}\right)\left(\frac{1 - c_1}{1 + c_1}\right), \quad m^0 = l^0, \quad \mathfrak{l}^{02} = \left(\frac{1 - m_1}{1 + m_1}\right)\left(\frac{1 + c_1}{1 - c_1}\right), \quad \mathfrak{k}^0 = 1,$$

$$m_1' = \frac{c - m^2}{c + m^2}, \quad l_1' = m_1', \qquad c_1' = \frac{1 - c}{1 + c}, \quad L_1' = \left(\frac{1 - c}{1 + c}\right)\left(\frac{c + m^2}{c - m^2}\right), \quad M_1' = L_1'.$$

Si $c = 1$, sive $m = \mathfrak{l}$ fuerit, habemus:

$$c^0 = 1, \quad l^{0\,2} = \left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\right)\left(\frac{1+\mathfrak{k}_1}{1-\mathfrak{k}_1}\right), \quad m^0 = \mathfrak{l}^0, \quad \mathfrak{l}^{0\,2} = \left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\right)\left(\frac{1-\mathfrak{k}_1}{1+\mathfrak{k}_1}\right), \quad \mathfrak{k}^0 = \frac{1-\mathfrak{k}_1}{1+\mathfrak{k}_1},$$

$$m_1' = \frac{1-lm}{1+lm}, \quad l_1' = \frac{l_1 m_1}{1+lm}, \quad c_1' = 0, \quad L_1' = 0, \quad M_1' = 0.$$

Si $M_1 = 1$ ponitur, sive $c_1 = l_1$, habemus:

$$c^0 = \frac{m_1 - l_1^2}{m_1 + l_1^2}, \quad l^0 = c^0, \quad m^0 = \frac{1-m_1}{1+m_1}, \quad l_0 = \frac{1-m_1}{1+m_1}\cdot\frac{m_1+c_1^2}{m_1-c_1^2}, \quad \mathfrak{k}^0 = \mathfrak{l}_0,$$

$$m_1' = \frac{1-m}{1+m}, \quad l_1'^2 = \left(\frac{1-c}{1+c}\right)\left(\frac{1-m}{1+m}\right), \quad c_1' = l_1', \quad L_1' = \left(\frac{1-c}{1+c}\right)\left(\frac{1+m}{1-m}\right), \quad M_1' = 1.$$

Si $m_1 = 1$ fuerit, habemus:

$$c^0 = \frac{1-l_1 c_1}{1+l_1 c_1}, \quad l^0 = \frac{lc}{1+l_1 c_1}, \quad m^0 = 0, \quad \mathfrak{l}^0 = 0, \quad \mathfrak{k}^0 = 0,$$

$$m_1' = 1, \quad l_1'^2 = \left(\frac{1-c}{1+c}\right)\left(\frac{1+M}{1-M}\right), \quad c_1' = L_1', \quad L_1'^2 = \left(\frac{1-c}{1+c}\right)\left(\frac{1-M}{1+M}\right), \quad M_1' = \frac{1-M}{1+M}.$$

XIII.

De computatione modulorum.

Moduli utriusque transformationis sequenti methodo facillime computantur. Altera in transformatione quantitatibus:

$$c^0 = \frac{m_1 - c_1 l_1}{m_1 + c_1 l_1}, \qquad \mathfrak{k}^0 = \frac{m_1 - \mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}{m_1 + \mathfrak{k}_1 \mathfrak{l}_1}$$

computatis, calculare licet modulos l^0, m^0, $\mathfrak{l}^0$, ... his formulis (2.), (3.), (4.) art. XII.:

$$l^0 = \sqrt{\left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\cdot\frac{c^0}{\mathfrak{k}^0}\right)}, \quad \mathfrak{l}^0 = \sqrt{\left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\cdot\frac{\mathfrak{k}^0}{c^0}\right)}, \quad m^0 = \left(\frac{1-m_1}{1+m_1}\cdot c^0\mathfrak{k}^0\right).$$

Quem calculum ita trigonometricum faciamus. Ponamus:

$$1. \begin{cases} c = \sin\alpha, \quad l = \sin\beta, \quad m = \sin\gamma, \quad \dfrac{m}{c} = \mathfrak{l} = \sin B, \quad \dfrac{m}{l} = \mathfrak{k} = \sin A, \\ c^0 = \sin\alpha^0, \quad l^0 = \sin\beta^0, \quad m^0 = \sin\gamma^0, \quad \mathfrak{l}^0 = \sin B^0, \quad \mathfrak{k}^0 = \sin A^0. \end{cases}$$

Determinentur aut anguli α^0 et A^0 aequationibus:

$$2. \quad \operatorname{tang}\left(45 - \frac{\alpha^0}{2}\right) = \sqrt{\left(\frac{\cos\alpha\cos\beta}{\cos\gamma}\right)}, \qquad \operatorname{tang}\left(45 - \frac{A^0}{2}\right) = \sqrt{\left(\frac{\cos A\cos B}{\cos\gamma}\right)},$$

aut moduli c^0 et $\mathfrak{k}^0$ ipsi angulis auxiliaribus ε et E introductis talibus, ut sit:

$$3. \quad \cos\varepsilon = \frac{\cos\alpha\cos\beta}{\cos\gamma}, \qquad \cos E = \frac{\cos A\cos B}{\cos\gamma},$$

per aequationes:

$$4. \quad c^0 = \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}\varepsilon, \qquad \mathfrak{k}^0 = \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}E.$$

Quo facto habebimus:

$$5.\quad \begin{cases} l^0 = \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\gamma\ \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varepsilon \operatorname{cotang}\tfrac{1}{2}E = \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\gamma\sqrt{\left(\dfrac{\sin\alpha^0}{\sin A^0}\right)}, \\ \mathfrak{l}^0 = \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\gamma \operatorname{cotang}\tfrac{1}{2}\varepsilon\ \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}E = \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\gamma\sqrt{\left(\dfrac{\sin A^0}{\sin\alpha^0}\right)}, \end{cases}$$

$$6.\quad m^0 = \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\gamma\ \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\varepsilon\ \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}E = \operatorname{tang}\tfrac{1}{2}\gamma\sqrt{(\sin\alpha^0\sin A^0)}.$$

Si vero formulae (5.) et (6.) angulis α^0 vel A^0 ad nihil maxime appropinquantibus, haud magis exactos valores appropinquatos adipisci velis, hoc casu hanc aliam methodum trigonometricam adhibere licet. Habemus formulas (7.) et (18.) art. XII.:

$$7.\quad \begin{cases} m^0 l^0 = \dfrac{(1-m_1)(m_1-c_1 l_1)}{(1+m_1)(m_1+c_1 l_1)}, & m^0\mathfrak{l}^0 = \dfrac{(1-m_1)(m_1-\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1)}{(1+m_1)(m+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1)}, \\ m_1^0 l_1^0 = \dfrac{2m_1(c_1+l_1)}{(1+m_1)(m_1+c_1 l_1)}, & m_1^0\mathfrak{l}_1^0 = \dfrac{2m_1(\mathfrak{k}_1+\mathfrak{l}_1)}{(1+m_1)(m_1+\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1)}, \end{cases}$$

unde sequitur formulis (1.) substitutis:

$$\cos(\beta^0\pm\gamma^0) = \frac{2m_1(c_1+l_1)\mp(1-m_1)(m_1-c_1 l_1)}{(1+m_1)(m_1+c_1 l_1)},$$

$$\cos(B^0\pm\gamma^0) = \frac{2m_1(\mathfrak{k}_1+\mathfrak{l}_1)\mp(1-m_1)(m_1-\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1)}{(1+m_1)(m_1+\mathfrak{k}_1 l_1)};$$

unde facili reductione facta hae formulae emanant:

$$8.\quad \begin{cases} \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}(\beta^0+\gamma^0) = \dfrac{\sin^2\dfrac{\alpha}{2}.\sin^2\dfrac{\beta}{2}.\cos\gamma}{\left(\cos\dfrac{\alpha+\gamma}{2}\right)\left(\cos\dfrac{\alpha-\gamma}{2}\right)\left(\cos\dfrac{\beta+\gamma}{2}\right)\left(\cos\dfrac{\beta-\gamma}{2}\right)}, \\ \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}(\beta^0-\gamma^0) = \dfrac{\left(\sin\dfrac{\alpha+\gamma}{2}\right)\left(\sin\dfrac{\alpha-\gamma}{2}\right)\left(\sin\dfrac{\beta+\gamma}{2}\right)\left(\sin\dfrac{\beta-\gamma}{2}\right)}{\cos^2\dfrac{\alpha}{2}\cos^2\dfrac{\beta}{2}\cos\gamma}, \\ \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}(B^0+\gamma^0) = \dfrac{\sin^2\dfrac{A}{2}\sin^2\dfrac{B}{2}\cos\gamma}{\left(\cos\dfrac{A+\gamma}{2}\right)\left(\cos\dfrac{A-\gamma}{2}\right)\left(\cos\dfrac{B+\gamma}{2}\right)\left(\cos\dfrac{B-\gamma}{2}\right)}, \\ \operatorname{tang}^2\tfrac{1}{2}(B^0-\gamma^0) = \dfrac{\sin\dfrac{A+\gamma}{2}\ \sin\dfrac{A-\gamma}{2}\ \sin\dfrac{B+\gamma}{2}\ \sin\dfrac{B-\gamma}{2}}{\cos^2\dfrac{A}{2}\cos^2\dfrac{B}{2}\cos\gamma}, \end{cases}$$

quarum ope valores angulorum β^0, γ^0, vel B^0, γ^0 calculo logarithmico trigonometrico exacto determinantur.

In altera vero transformatione primum quantitatibus m_1' et M_1' ex formulis:

$$m'_1 = \frac{c-lm}{c+lm}, \qquad M'_1 = \frac{c-LM}{c+LM},$$

computatis, habemus:

$$l'_1 = \sqrt{\left(\frac{1-c}{1+c}\cdot\frac{m'_1}{M'_1}\right)}, \qquad L'_1 = \sqrt{\left(\frac{1-c}{1+c}\cdot\frac{M'_1}{m'_1}\right)}, \qquad c'_1 = \sqrt{\left(\frac{1-c}{1+c}\, m'_1 M'_1\right)}.$$

Ponamus rursus:

$$9. \quad \begin{cases} m_1 = \sin\alpha, \quad l_1 = \sin\beta, \quad c_1 = \sin\gamma, \quad \frac{c_1}{m_1} = L_1 = \sin B, \quad \frac{c_1}{l_1} = M_1 = \sin A, \\ m'_1 = \sin\alpha', \quad l'_1 = \sin\beta', \quad c'_1 = \sin\gamma', \quad \frac{c'_1}{m'_1} = L'_1 = \sin B', \quad \frac{c'_1}{l'_1} = M'_1 = \sin A', \end{cases}$$

atque nanciscimur valores angulorum α' et A' ex formulis:

$$10. \quad \tang\left(45 - \frac{\alpha'}{2}\right) = \sqrt{\left(\frac{\cos\alpha\cos\beta}{\cos\gamma}\right)}, \qquad \tang\left(45 - \frac{A'}{2}\right) = \sqrt{\left(\frac{\cos A\cos B}{\cos\gamma}\right)},$$

vel complementa m'_1 et M'_1 ipsa ex his:

$$11. \quad m'_1 = \tang^2 \tfrac{1}{2}\varepsilon, \qquad M'_1 = \tang^2 \tfrac{1}{2}E;$$

ubi anguli auxiliares dantur per formulas:

$$12. \quad \cos\varepsilon = \frac{\cos\alpha\cos\beta}{\cos\gamma}, \qquad \cos E = \frac{\cos A\cos B}{\cos\gamma}.$$

Tum cetera complementa erunt:

$$13. \quad \begin{cases} l'_1 = \tang\tfrac{1}{2}\gamma \;\; \tang\tfrac{1}{2}\varepsilon \,\text{cotang}\tfrac{1}{2}E = \tang\tfrac{1}{2}\gamma\sqrt{\left(\frac{\sin\alpha'}{\sin A'}\right)}, \\ L'_1 = \tang\tfrac{1}{2}\gamma \,\text{cotang}\tfrac{1}{2}\varepsilon \;\; \tang\tfrac{1}{2}E = \tang\tfrac{1}{2}\gamma\sqrt{\left(\frac{\sin A'}{\sin\alpha'}\right)}, \end{cases}$$

$$14. \quad c'_1 = \tang\tfrac{1}{2}\gamma \;\; \tang\tfrac{1}{2}\varepsilon \;\; \tang\tfrac{1}{2}E = \tang\tfrac{1}{2}\gamma\sqrt{(\sin\alpha'\sin A')}.$$

Tria ultima complementa, si angulus α vel A minimus devenerit, etiam his formulis definiuntur:

$$15. \quad \begin{cases} \tang^2\tfrac{1}{2}(\beta'+\gamma') = \dfrac{\sin^2\tfrac{1}{2}\alpha\,\sin^2\tfrac{1}{2}\beta\cos\gamma}{\cos\frac{\alpha+\gamma}{2}\cos\frac{\alpha-\gamma}{2}\cos\frac{\beta+\gamma}{2}\cos\frac{\beta-\gamma}{2}}, \\ \tang^2\tfrac{1}{2}(\beta'-\gamma') = \dfrac{\sin\frac{\alpha+\gamma}{2}\sin\frac{\alpha-\gamma}{2}\sin\frac{\beta+\gamma}{2}\sin\frac{\beta-\gamma}{2}}{\cos^2\tfrac{1}{2}\alpha\,\cos^2\tfrac{1}{2}\beta\cos\gamma}, \\ \tang^2\tfrac{1}{2}(B'+\gamma') = \dfrac{\sin^2\tfrac{1}{2}A\,\sin^2\tfrac{1}{2}B\cos\gamma}{\cos\frac{A+\gamma}{2}\cos\frac{A-\gamma}{2}\cos\frac{B+\gamma}{2}\cos\frac{B-\gamma}{2}}, \\ \tang^2\tfrac{1}{2}(B'-\gamma') = \dfrac{\sin\frac{A+\gamma}{2}\sin\frac{A-\gamma}{2}\sin\frac{B+\gamma}{2}\sin\frac{B-\gamma}{2}}{\cos^2\tfrac{1}{2}A\,\cos^2\tfrac{1}{2}B\cos\gamma}, \end{cases}$$

unde anguli β' et γ' vel B' et γ' computari possunt, quibus adhibitis m'_1, l'_1, c'_1, L'_1, M'_1 determinantur.

Si anguli in antecedentibus adhibiti ad tam exiguos valores reducti sint, ut calculus logarithmico-trigonometricus haud satis sufficientem praebeat approximationem, alium algorithmum proponamus necesse est, quem in secunda transformatione praecipue adhibeamus necesse erit, quippe in qua exactissimi logarithmorum modulorum valores, ad valorem integralis ipsius computandum, desiderari postea elucebit. Ex theorematibus (47.) et (48.) art. XII. patet, binorum modulorum complementa vel m'_1 et l'_1 vel M'_1 et L'_1 denique multo minoribus altera quam altera gavisura esse valoribus, uno excepto casu, si fuerit $cl = m$. Itaque plurimis in casibus, complementis m'_1 et l'_1 ut ordinis δ^0_1 tertioque c'_1 ut ordinis δ positis, respective complementa M'_1 et L'_1 ordinis δ fiunt, et inverse. Quam ob rem ponamus illa maiora complementa fore m'_1 et l'_1, ipsaque ad aequalitatem appropinquare, atque quia anguli α, β, γ, B, A ultimi parvis valoribus gaudeant, nec per primam nec per secundam computationem logarithmico-trigonometricam logarithmos complementorum usque ad quaesitum decimalium numerum exacte computari posse. His statutis hac nova via ad computationem exactam modulorum progredi licet.

Primum complementum $m'_1 = \sin\alpha'$ per formulam veterem:

$$\tang\left(45 - \frac{\alpha'}{2}\right) = \sqrt{\left(\frac{ml}{c}\right)}$$

computetur, cetera vero per formulas:

$$16.\quad \begin{cases} l'_1 = \dfrac{l_1 m_1}{1+c}\cdot\dfrac{c+LM}{c+lm}, \\[2mm] c'_1 = \dfrac{c_1^2}{(1+c)^2}\cdot\dfrac{m'_1}{l'_1}, \\[2mm] L'_1 = \dfrac{L_1 M_1}{1+c}\cdot\dfrac{c+lm}{c+LM} = \dfrac{c'_1}{m'_1}, \\[2mm] M'_1 = \dfrac{c'_1}{l'_1}, \end{cases}$$

quae formulae ex form. (2.), (3.), (4.), (5.) art. XII. sponte emanant. Logarithmi enim horum modulorum facillime et quam exactissime hoc modo computantur. Inventis quantitatibus:

$$\log\frac{lm}{c},\quad \log\frac{LM}{c},\quad \log c,\quad \log l_1 m_1,\quad 2\log c_1$$

indeque computatis logarithmis:

$$\log\left(1+\frac{lm}{c}\right),\qquad \log\left(1+\frac{LM}{c}\right),\qquad \log(1+c)$$

habemus:

$$17.\quad\begin{cases}\log l'_1 = \log l_1 m_1 + \log\left(1+\frac{LM}{c}\right) + \log\text{com}(1+c) + \log\text{com}\left(1+\frac{lm}{c}\right),\\ \log c'_1 = 2\log c_1 + 2\log\text{com}(1+c) + \log\left(\frac{m'_1}{l'_1}\right),\\ \log L'_1 = \log L_1 M_1 + \log\left(1+\frac{lm}{c}\right) + \log\text{com}(1+c) + \log\text{com}\left(1+\frac{LM}{c}\right),\\ \log M'_1 = \log c'_1 + \log\text{com}\, l'_1.\end{cases}$$

Sed etiam logarithmi $\log m'_1$ et $\log M'_1$ ipsi, ad qualescunque valores decreverint, tamen haud minus exacte computari possunt per has formulas:

$$18.\quad\begin{cases} m'_1 = \frac{l_1^2}{c^2}\cdot\frac{\left(1+L^2\frac{m_1^2}{l_1^2}\right)}{\left(1+\frac{lm}{c}\right)^2}\left(1-\frac{m_1^2}{\left(1+L^2\frac{m_1^2}{l_1^2}\right)}\right),\\ M'_1 = \frac{L_1^2}{c^2}\cdot\frac{\left(1+l^2\frac{m_1^2}{l_1^2}\right)}{\left(1+\frac{lm}{c}\right)^2}\left(1-\frac{M_1^2}{\left(1+l^2\frac{m_1^2}{l_1^2}\right)^2}\right),\end{cases}$$

quia logarithmi singulorum factorum exactissime semper inveni possunt. Error ultimi decimalis, per additionem quinque logarithmorum ortus, ob exiguitatem complementorum nullius momenti fit; formulae vero illae ex formulis (1.) art. XII. facile deducuntur, atque, si m'_1 et M'_1 trigonometrice non amplius computari possunt ad computationem totius schematis adhibeantur necesse est. Transformatione eatenus continuata, ut quantitates M_1^2 et postea m_1^2 pro quaesito decimalium numero evanuerint, habemus has formulas:

$$19.\quad\begin{cases} m'_1 = \frac{l_1^2}{4}\left(1+\frac{m_1^2}{l_1^2}\right), & L'_1 = \frac{L_1 M_1}{2},\\ l'_1 = \frac{l_1 m_1}{2}, & M'_1 = \frac{L_1^2}{4}\left(1+\frac{m_1^2}{l_1^2}\right),\\ c'_1 = \frac{c_1^2}{(1+c)^2}\cdot\frac{m_1}{l_1}, & \end{cases}$$

quae, si adhuc $\log\frac{m_1^2}{l_1^2}$ ab 0 usque ad quaesitum decimalium numerum haud discrepat, in has abeunt:

$$20.\quad m'_1 = l'_1 = \frac{l_1^2}{2} = \frac{m_1^2}{2},\quad c'_1 = \frac{c_1^2}{4},\quad L'_1 = M'_1 = \frac{L_1^2}{2} = \frac{M_1^2}{2}.$$

Diversis his methodis apte adhibitis, per algorithmum continuatum complementa modulorum quantopere libet deminuere possumus. In altera transformatione, ubi, tantam certitudinem omnium modulorum logarithmorum haud desiderari, postea videbimus, tamen similes formulas proponamus. Nimirum habemus ex form. (1.), (2.), (3.), (4.), (5.) art. XII. superioribus has:

$$21.\quad \begin{cases} c^0 = \dfrac{l^2}{m_1^2}\cdot\dfrac{\left(1+\dfrac{\mathfrak{l}_1^2 c_1^2}{l^2}\right)}{\left(1+\dfrac{l_1 c_1}{m_1}\right)^2}\left(1-\dfrac{c^2}{1+\dfrac{\mathfrak{l}_1^2 c^2}{l^2}}\right) = \dfrac{m^0}{\mathfrak{l}^0}, \\[2ex] l^0 = \dfrac{c\,l}{(1+m_1)}\cdot\dfrac{\left(1+\dfrac{\mathfrak{k}\mathfrak{l}}{m_1}\right)}{\left(1+\dfrac{c_1 l_1}{m_1}\right)}, \\[2ex] m^0 = \dfrac{m^2}{(1+m_1)}\cdot\dfrac{c^0}{l^0}, \\[2ex] \mathfrak{l}^0 = \dfrac{\mathfrak{k}\mathfrak{l}}{(1+m_1)}\cdot\dfrac{\left(1+\dfrac{c_1 l_1}{m_1}\right)}{\left(1+\dfrac{\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1}{m_1}\right)}, \\[2ex] \mathfrak{k}^0 = \dfrac{\mathfrak{l}^{02}}{m_1^2}\cdot\dfrac{\left(1+\dfrac{l_1^2 c^2}{l^2}\right)}{\left(1+\dfrac{\mathfrak{k}_1\mathfrak{l}_1}{m_1}\right)^2}\left(1-\dfrac{\mathfrak{k}^2}{\left(1+\dfrac{l_1^2 c^2}{l^2}\right)}\right), \end{cases}$$

quae, si quantitates c^2 et $\mathfrak{k}^2$ pro quaesito decimalium numero iam negligi possunt, in has abeunt:

$$c^0 = \frac{l^2}{4}\left(1+\frac{c^2}{l^2}\right), \qquad \mathfrak{l}^0 = \frac{\mathfrak{k}\mathfrak{l}}{2},$$

$$l^0 = \frac{c\,l}{2}, \qquad \mathfrak{k}^0 = \frac{l_1^2}{4}\left(1+\frac{c^2}{l^2}\right),$$

$$m^0 = \frac{m^2}{(1+m_1)}\cdot\frac{c}{l},$$

vel si adeo $\frac{c}{l} = 1$ poni possit, in has:

$$c^0 = l^0 = \frac{c^2}{2}, \quad m^0 = \frac{m^2}{4}, \quad \mathfrak{k}^0 = \mathfrak{l}^0 = \frac{\mathfrak{k}^2}{2}.$$

XIV.

De natura et computatione numeratorum.

Aggrediamur nunc ad numeratores integralium tractandos atque computandos, atque disquiramus, ad quos limites, transformationibus repetitis, illi appropinquent. Habuimus in priori transformatione quatuor formulas (10.) art. XI., quae facilibus reductionibus factis, in has abeunt:

$$1.\quad \begin{cases} P'_1 = \frac{2}{(1+c)(c+lm)}\left[\frac{c}{2}P_1+\frac{1}{2}Q_1\right], \\ Q'_1 = \frac{2}{(1+c)(c+lm)}\left[\frac{clm}{c+lm}P_1+\frac{c}{c+lm}Q_1\right], \\ P'_2 = \frac{2}{(1+c)(c+LM)}\left[\frac{c}{2}P_2+\frac{1}{2}Q_2\right], \\ Q'_2 = \frac{2}{(1+c)(c+LM)}\left[\frac{cLM}{c+LM}P_2+\frac{c}{c+LM}Q_2\right], \end{cases}$$

Adiiciamus adhuc has formulas concinnas:

$$2.\quad \begin{cases} P'_1-Q'_1 = \frac{2}{(1+c)(c+lm)}\left[\frac{c}{2}P_1-\frac{1}{2}Q_1\right]m'_1, \\ P'_2-Q'_2 = \frac{2}{(1+c)(c+LM)}\left[\frac{c}{2}P_2-\frac{1}{2}Q_2\right]M'_1. \end{cases}$$

Hîc quantitates P_1 et Q_1 coefficientes integralis dati erant, aeque ac P_2 et Q_2 coefficientes integralis complementarii ita determinantur:

$$3.\quad P_2 = \frac{P_1-Q_1}{l_1 m_1},\qquad Q_2 = \frac{P_1c^2-Q_1}{l_1 m_1}.$$

Inde ex formulis (1.) clarum fit, quia factores $\frac{2}{(1+c)(c+LM)}$ et $\frac{2}{(1+c)(c+lm)}$ transformationibus repetitis denique $=\frac{1}{2}$ fiunt, nec non alii factores $\left(\frac{P_1c}{2}-\frac{1}{2}Q_1\right)$ et $\left(\frac{P_2c}{2}-\frac{1}{2}Q_2\right)$ in $\frac{(P_1-Q_1)}{2}$ et $\frac{P_2-Q_2}{2}$ abeunt, tertii vero factores m'_1 et M'_1 denique evanescunt, etiam quantitates P_1 et Q_1 ad aequalitatem rapide denique convergere, eademque natura quantitates P_2 et Q_2 gaudere. Id quod hoc theoremate magis strenue pronunciatur.

„Quantitates:

$$„4.\quad 2^n(P_2^{(n)},\qquad 2^nQ_2^{(n)},\qquad 2^n\left(\frac{P_1^{(n)}-Q_1^{(n)}}{(m_1^{(n)})^2}\right),$$

„ad eundem finitum certum denique limitem appropinquant, similique ra-„tione quantitates:

$$„2^mP_1^{(m)},\qquad 2Q_1^{(m)},\qquad 2^m\left(\frac{P_2^{(m)}-Q_2^{(m)}}{(M_1^{(m)})^2}\right.$$

„ad alium limitem eundem accedunt."

Demonstratio.

Ponamus transformationibus toties repetitis, ut usque ad certum decimalium numerum habeamus:

$$m_1^{(n)} = l_1^{(n)} = \left(\frac{l_1^{(n-1)}}{2}\right)^2 = \left(\frac{m_1^{(n-1)}}{2}\right)^2,\qquad \frac{l^{(n)}m^{(n)}}{c^{(n)}} = 1,\qquad c^{(n)} = 1,$$

ubi n numerus transformationum desideratus fuit.

Itaque erit, id quod formulae (3.) docent:

$$P_2^{(n+1)} = Q_2^{(n+1)} = \frac{P_1^{(n+1)} - Q_1^{(n+1)}}{[m_1^{(n+1)}]^2},$$

atque

$$2^{(n+1)} \frac{P_1^{(n+1)} - Q_1^{(n+1)}}{(m_1^{(n+1)})^2} = 2^n \left(\frac{P_1^{(n)} - Q_1^{(n)}}{(m^{(n)})^2} \right),$$

id quod erat demonstrandum. Similiter altera pars theorematis demonstratur. Indeque clarum fit, denique fore:

$$P_1^{(n)} = Q_1^{(m)} = \frac{P_2^{(m)} - Q_2^{(m)}}{(M_1^{(m)})^2} = \tfrac{1}{2} P_1^{(n-1)} = \tfrac{1}{2} Q_1^{(m-1)} = \tfrac{1}{2} \frac{P_2^{(m-1)} - Q_2^{(m-1)}}{(M_1^{(m-1)})^2},$$

$$P_2^{(n)} = Q_2^{(n)} = \frac{P_1^{(n)} - Q_1^{(n)}}{(m_1^n)^2} = \tfrac{1}{2} P_2^{(n-1)} = \tfrac{1}{2} Q_2^{(n-1)} = \tfrac{1}{2} \frac{P_1^{(n-1)} - Q_1^{(n-1)}}{(m_1^{n-1})^2},$$

usque ad eundem certum decimalium numerum.

Si alteram formam numeratorum ($R_1 \cos \varphi + S \sin^2 \varphi$) praeferamus, habemus ex form. (20.) artic. XI.:

$$5. \quad \begin{cases} R'_1 = \dfrac{2}{(1+c)(c+lm)} \left[\dfrac{1+c}{2} R_1 - \tfrac{1}{2} S_1 \right], \\ S'_1 = \dfrac{2}{(1+c)(c+lm)} \left[\tfrac{1}{2} S_1 - \dfrac{1-c}{2} R_1 \right] m'_1. \end{cases}$$

Ex form. (19.) eiusdem art. sequitur adhuc fore:

$$6. \quad R'_2 = \frac{1}{l'_1 m'_1} S'_1, \qquad S'_2 = R'_1 L'_1 M'_1.$$

Hîc theorema antecedens in hoc abit:

„Quantitates

$$„7. \quad 2^n R_2^{(n)}, \qquad \frac{2^n}{[m_1^{(n)}]^2} S_1^{(n)},$$

„ad eundem limitem appropinquant finitum, similiterque quantitates

$$„2^n R_1^{(n)}, \qquad \frac{2^n}{[M_1^{(n)}]^2} S_2^{(n)},$$

„ad alium limitem finitum accedunt."

Iam vero nihil restat, nisi ut expeditam methodum adiiciamus, qua numeratores ad valorem integralis determinandum satis exacte computentur, quippe quam hic ita instituamus necesse est, ut in priori numeratoris forma logarithmi coefficientium ipsorum P et Q in quantitatibus P'_1, P'_2, $P'_1 - Q'_1$, $P'_2 - Q'_2$, in posteriori vero forma logarithmi coefficientium ipsorum R et S in quantitatibus:

$$R'_1, \quad S'_1, \quad R'_2, \quad S'_2$$

in quaque transformatione usque ad ultimum decimalem exacte determinentur.

Ponamus hunc ad finem illic:

$$8.\quad \begin{cases} n = 1, & P_1 = pP + qQ, \\ & P_1 - Q_1 = p_1P - q_1Q, \\ \dfrac{4}{(1+c)(c+lm)} = n', & 2P'_1 = n'[p'P + q'Q], \\ & 2(P'_1 - Q'_1) = n'[p'_1P - q'_1Q], \\ \dfrac{4}{(1+c')(c'+l'm')} = n'', & 2^2P''_1 = n'n''[p''P + q''Q], \\ & 2^2(P''_1 - Q''_1) = n'n''[p''_1P - q''_1Q], \\ \dfrac{4}{(1+c'')(c''+l''m'')} = n''', & 2^3P'''_1 = n'n''n'''[p'''P + q'''Q], \\ & 2^3(P'''_1 - Q'''_1) = n'n''n'''[p'''_1P - q'''_1Q], \\ & \text{etc.} \end{cases}$$

Ex his quantitatibus sine ullo negotio emanant quantitates P_2 et $P_2 - Q_2$ nimirum ex formulis (3.) adhibitis erit:

$$9.\quad \begin{cases} P_2 = \dfrac{1}{l_1 m_1}[p_1P - q_1Q], \\ (P_2 - Q_2) = L_1 M_1 [pP + qQ], \\ 2P'_2 = \dfrac{n'}{l'_1 m'}[p'_1P - q'_1Q], \\ 2(P'_2 - Q'_2) = n'L'_1 M'_1 [p'P + q'Q], \\ 2^2P''_2 = \dfrac{n'n''}{l''_1 m''_1}[p''_1P - q''_1Q], \\ 2^2(P''_2 - Q_2) = n'n''L''_1 M''_1 [p''P + q''Q], \\ \text{etc.} \end{cases}$$

Iam vero ad quantitates p, q computandas habemus has formulas ex (1.) et (2.) sequentes:

$$p = 1, \quad q = 0, \quad p_1 = 1, \quad q_1 = 1,$$

$$10.\quad \begin{cases} 2p' = p(1+c) - p_1 = c, \\ 2p'_1 = [p_1 - p(1-c)]m'_1 = cm'_1, \\ 2q' = q(1+c) + q_1 = 1, \\ 2q'_1 = [q_1 + q(1-c)]m'_1 = m'_1, \\ 2p'' = p'(1+c') - p'_1 = c\left[\dfrac{1+c'-m'_1}{2}\right], \\ 2p''_1 = [p'_1 - p'(1-c)]m''_1 = cm''_1\left[\dfrac{m'_1 - 1 + c'}{2}\right], \\ 2q'' = q'(1+c') + q'_1 = \dfrac{1+c'+m'_1}{2}, \\ 2q''_1 = [q'_1 + q'(1-c')]m''_1 = m''_1\left[\dfrac{m'_1 + 1 - c'}{2}\right], \\ \text{etc.} \end{cases}$$

ita ut habeamus post n transformationes:

$$11.\quad \begin{cases} 2p^{(n)} = p^{(n-1)}(1+c^{(n-1)}) - p_1^{(n-1)}, \\ 2p_1^{(n)} = [p_1^{(n-1)} - p^{(n-1)}(1-c^{(n-1)})]\, m_1^{(n)}, \\ 2q^{(n)} = q^{(n-1)}(1+c^{(n-1)}) + q_1^{(n-1)}, \\ 2q_1^{(n)} = [q_1^{(n-1)} + q^{(n-1)}(1-c^{(n-1)})]\, m_1^{(n)}, \end{cases}$$

quae formulae cum his ad computationem aptioribus commutari possunt:

$$12.\quad \begin{cases} 2p^{(n)} = 2p^{(n-1)} - p_1^{(n-1)}, \\ 2q^{(n)} = 2q^{(n-1)} - q_1^{(n-1)}, \\ 2p_1^{(n)} = p_1^{(n-1)} m_1^{(n)} \left[1 - \frac{p^{(n-1)}}{p_1^{(n-1)}}(1 - c_1^{(n-1)})\right], \\ 2q_1^{(n)} = q_1^{(n-1)} m_1^{(n)} \left[1 + \frac{q^{(n-1)}}{q_1^{(n-1)}}(1 - c_1^{(n-1)})\right], \end{cases}$$

quarum ultimae denique in has abeunt:

$$13.\quad 2p_1^{(n)} = p_1^{(n-1)} m_1^{(n)}, \qquad 2q_1^{(n)} = q_1^{(n-1)} m_1^{(n)}.$$

Si vero alteram numeratoris formam expeditissime computare adhibere velimus, ponamus:

$$14.\quad \begin{cases} R_1 = rR - sS, & 2R_1' = n'(r'R - s'S), & 2^2 R_1'' = n'n''(r''R - s''S), \\ S_1 = s_1 S - r_1 R, & 2S_1' = n'(s_1' S - r_1' R), & 2^2 S_1'' = n'n''(s_1'' S - r_1'' R), \end{cases}$$

unde sequuntur ex formulis (6.) hae:

$$15.\quad \begin{cases} R_2 = \frac{1}{l_1 m_1}(s_1 S - r_1 R), \\ S_2 = L_1 M_1 (rR - sS), \\ 2R_2' = \frac{n'}{l_1' m_1'}(s_1' S - r_1' R), \\ 2S_2' = n' L_1' M_1' (r'R - s'S), \\ 2^2 R_2'' = \frac{n_1' n_1''}{l_1'' m_1''}(s_1'' S - r_1'' R), \\ 2^2 S_2'' = n'n'' L_1'' M_1'' (r''R - s''S), \\ \text{etc.} \end{cases}$$

Coefficientes vero r, s, etc. ex his formulis, quae ex form. (5.) sequuntur, determinantur:

$$r = 1, \quad s = 0, \quad r_1 = 0, \quad s_1 = 1,$$

$$16.\quad \begin{cases} 2r' = r(1+c) + r_1 = 1+c, \\ 2r_1' = [r(1-c) + r_1]\, m_1' = (1-c)\, m_1', \\ 2s' = s(1+c) + s_1 = 1, \\ 2s_1' = [s(1-c) + s_1]\, m_1' = m_1', \end{cases}$$

$$16.\quad \begin{cases} 2r'' = r'(1+c')+r'_1 = \dfrac{(1+c)(1+c')+(1-c)m'_1}{2}, \\ 2r''_1 = [r'(1-c')+r'_1]\,m''_1 = \left(\dfrac{(1+c)(1-c')+(1-c)m'_1}{2}\right)m''_1, \\ 2s'' = s'(1+c')+s'_1 = \dfrac{(1+c')+m'_1}{2}, \\ 2s''_1 = [s'(1-c')+s'_1]\,m''_1 = \left(\dfrac{(1-c')+m'_1}{2}\right)m''_1, \\ \text{etc.} \end{cases}$$

ita ut post n transformationes habeamus:

$$17.\quad \begin{cases} 2r^{(n)} = r^{(n-1)}(1+c^{(n-1)})+r_1^{(n-1)}, \\ 2r_1^{(n)} = [r^{(n-1)}(1-c^{(n-1)})+r_1^{(n-1)}]\,m_1^{(n)}, \\ 2s^{(n)} = s^{(n-1)}(1+c^{(n-1)})+s_1^{(n-1)}, \\ 2s_1^{(n)} = [s^{(n-1)}(1-c^{(n-1)})+s_1^{(n-1)}]\,m_1^{(n)}; \end{cases}$$

quae formulae mox in has abeunt, computatu faciliores:

$$18.\quad \begin{cases} 2r^{(n)} = 2r^{(n-1)}+r_1^{(n-1)}, \\ 2s^{(n)} = 2s^{(n-1)}+s_1^{(n-1)}, \\ 2r_1^{(n)} = r_1^{(n-1)}m_1^{(n)}\left[1+\dfrac{r^{(n-1)}}{r_1^{(n-1)}}(1-c^{(n-1)})\right], \\ 2s_1^{(n)} = s_1^{(n-1)}m_1^{(n)}\left[1+\dfrac{s^{(n-1)}}{s_1^{(n-1)}}(1-c^{(n-1)})\right], \end{cases}$$

quarum ultimae denique fiunt:

$$19.\quad 2r_1^{(n)} = r_1^{(n-1)}m_1^{(n)}, \qquad 2s_1^{(n)} = s_1^{(n-1)}m_1^{(n)}.$$

Ex theorematibus (4.) et (7.) patet, terminos serierum

$$20.\quad \begin{cases} np, & nn'p', & nn'n''p'', & \text{etc.} \\ nq, & nn'q', & nn'n''q'', & \text{etc.} \\ \dfrac{np_1}{l_1m_1}, & \dfrac{nn'p'_1}{l'_1m'_1}, & \dfrac{nn'n''p''}{l''_1m''_1}, & \text{etc.} \\ \dfrac{nq_1}{l_1m_1}, & \dfrac{nn'q'_1}{l'_1m'_1}, & \dfrac{nn'n''q''}{l''_1m''_1}, & \text{etc.} \end{cases}$$

ut certos quosdam limites finitos appropinquare, quos respective per Π, K, Π_1, K_1 significabimus. Eodem modo termini serierum quatuor

$$21.\quad \begin{cases} nr, & nn'r', & nn'n''r'', & \text{etc.} \\ ns, & nn's', & nn'n''s'', & \text{etc.} \\ \dfrac{nr_1}{l_1m_1}, & \dfrac{nn'r'_1}{l'_1m'_1}, & \dfrac{nn'n''r''_1}{l''_1m''_1}, & \text{etc.} \\ \dfrac{ns_1}{l_1m_1}, & \dfrac{nn's'_1}{l'_1m'_1}, & \dfrac{nn'n''s''}{l''_1m''_1}, & \text{etc.} \end{cases}$$

ad certos quosdam limites accedunt, quos per P, Σ, P_1, Σ_1, significabimus.

Iam vero aggrediamur ad numeratores in altera transformatione aeque tractandos. Ex formulis (39.) et (42.) art. XI. hae formulae deducuntur, pro forma $\Pi\cos\Phi^2 + K\sin\Phi^2$ numeratoris valentes:

$$21. \quad \begin{cases} \Pi^0_1 = \dfrac{2}{(1+m_1)(m+c_1 l_1)}\left[\dfrac{m_1}{2}\Pi_1 + \tfrac{1}{2}K_1\right], \\ \Pi^0_1 - K^0_1 = \dfrac{2}{(1+m_1)(m_1+c_1 l_1)}\left[\dfrac{m_1}{2}\Pi_1 - \tfrac{1}{2}K_1\right] c^0, \end{cases}$$

$$22. \quad \Pi^0_2 = \frac{\Pi^0_1 - K^0_1}{l^0 c^0}, \qquad K^0_2 = \frac{\Pi^0_1 m^{0\,2}_1 - K^0_1}{l^0 c^0}.$$

Eodem modo pro altera forma numeratoris $(P - \Sigma\sin^2\Phi)$ ex form. (50.) et (51.) art. XI. hae sequuntur formulae:

$$23. \quad \begin{cases} P^0_1 = \dfrac{2}{(1+m_1)(m_1+c_1 l_1)}\left[\dfrac{1+m_1}{2}P_1 - \tfrac{1}{2}\Sigma_1\right], \\ \Sigma^0_1 = \dfrac{2}{(1+m_1)(m_1+c_1 l_1)}\left[\tfrac{1}{2}\Sigma - \dfrac{1-m_1}{2}P_1\right] c^0, \end{cases}$$

$$24. \quad P^0_2 = \frac{\Sigma^0_1}{c^0 l^0}, \qquad \Sigma^0_2 = P^0_1 \mathfrak{t}^0 \mathfrak{l}^0.$$

Rursus hic theoremata habemus haec:

„Quantitates:

$$„24. \quad \begin{cases} 2^{(n)}\Pi^{(n)}_2, & 2^{(n)}K^{(n)}_2, & 2^n \dfrac{\Pi^{(n)}_1 - K^{(n)}_1}{(c^{(n)})^2}, \\ 2^n\ \Pi^{(n)}_1, & 2^n\ K^{(n)}_1, & 2^n \dfrac{\Pi^{(n)}_2 - K^{(n)}_2}{(\mathfrak{t}^{(n)})^2}, \\ 2^n P^{(n)}_2, & \dfrac{2^n}{(c^{(n)})^2}\Sigma^{(n)}_1, & \\ 2^n P^{(n)}_1, & \dfrac{2^n}{(\mathfrak{t}^{(n)})^2}\Sigma^{(n)}_2, & \end{cases}$$

„ubi per indicem n adiectum numerus transformationum repetitarum de-„signatur, numero n crescente ad certos quosdam limites finitos accedunt."

Ad numeratores facile rursus comparandos ponamus rursus:

$$25. \quad \begin{cases} \nu = 1, & \Pi_1 = \pi\Pi + kK, \quad \text{vel:} & P_1 = \varrho P - \sigma\Sigma, \\ & \Pi_1 - K_1 = \pi_1\Pi - k_1 K, & \Sigma_1 = \sigma_1\Sigma - \varrho_1 P, \\ \nu^0 = \dfrac{4}{(1+m_1)(m_1+c_1 l_1)}, & 2\ \Pi^0_1 = \nu^0(\pi^0\Pi + k^0 K), & 2P^0_1 = \nu^0(\varrho^0 P - \sigma^0\Sigma), \\ & 2(\Pi^0_1 - K^0_1) = \nu^0(\pi^0_1\Pi - k^0_1 K), & 2\Sigma^0_1 = \nu^0(\sigma^0_1\Sigma - \varrho^0_1 P), \\ \nu^{00} = \dfrac{4}{(1+m^0_1)(m^0_1+c^0_1 l^0_1)}, & 2^2\ \Pi^{00}_1 = \nu^0\nu^{00}(\pi^{00}\Pi + k^{00}K), & 2P^{00}_1 = \nu^0\nu^{00}(\varrho^{00}P - \sigma^{00}\Sigma), \\ & 2^2(\Pi^{00}_1 - K^{00}_1) = \nu^0\nu^{00}(\pi^{00}_1\Pi - k^{00}_1 K), & 2\Sigma^{00}_1 = \nu^0\nu^{00}(\sigma^{00}_1\Sigma - \varrho^{00}_1 P), \\ & \text{etc.} & \text{etc.} \end{cases}$$

unde formulis adhibitis sponte hae prodeunt formulae:

$$26.\quad\begin{cases}
\Pi_2 = \frac{1}{lc}(\pi_1\Pi - k_1\mathrm{K}), & \mathrm{P}_2 = \frac{1}{lc}(\sigma_1\Sigma - \varrho_1\mathrm{P}),\\
\Pi_2 - \mathrm{K}_2 = \mathfrak{k}\mathfrak{l}(\pi\Pi + k\mathrm{K}), & \Sigma_2 = \mathfrak{k}\mathfrak{l}(\varrho\mathrm{P} - \sigma\Sigma),\\
2\,\Pi_2^0 = \frac{\nu^0}{l^0 c^0}(\pi_1^0\Pi + k_1^0\mathrm{K}), & \mathrm{P}_2^0 = \frac{\nu^0}{l^0 c^0}(\sigma_1^0\Sigma - \varrho_1^0\mathrm{P}),\\
2(\Pi_2^0 - \mathrm{K}_2^0) = \nu^0\mathfrak{k}^0\mathfrak{l}^0(\pi^0\Pi + k^0\mathrm{K}), & \Sigma_2^0 = \nu^0\mathfrak{k}^0\mathfrak{l}^0(\varrho^0\mathrm{P} - \sigma^0\Sigma),\\
2^2\,\Pi_2^{00} = \frac{\nu^0\nu^{00}}{l^{00}c^{00}}(\pi_1^{00}\Pi - k_1^{00}\mathrm{K}), & \mathrm{P}_2^{00} = \frac{\nu^0\nu^{00}}{l^{00}c^{00}}(\sigma_1^{00}\Sigma - \varrho_1^{00}\mathrm{P}),\\
2^2(\Pi_2^{00} - \mathrm{K}_2^{00}) = \nu^0\nu^{00}\mathfrak{k}^{00}\mathfrak{l}^{00}(\pi^{00}\Pi + k^{00}\mathrm{K}), & \Sigma_2^{00} = \nu^0\nu^{00}\mathfrak{k}^{00}\mathfrak{l}^{00}(\varrho^{00}\mathrm{P} - \sigma^{00}\Sigma),\\
\text{etc.} & \text{etc.}
\end{cases}$$

Coefficientes vero π, k, ex his formulis computantur:

$$27.\quad\begin{cases}
\pi = 1, \quad k = 0, \quad \pi_1 = 1, \quad k_1 = 1,\\
2\pi^0 = \pi(1+m_1) - \pi_1 = m_1,\\
2\pi_1^0 = [\pi_1 - \pi(1-m_1)]\,c^0 = m_1 c^0,\\
2k^0 = k(1+m_1) + k_1 = 1,\\
2k_1^0 = [k_1 + k(1-m_1)] - m_1,\\
\text{etc.}
\end{cases}$$

et generaliter:

$$2\pi^{(n)} = \pi^{(n-1)}(1+m_1^{(n-1)}) - \pi_1^{(n-1)},$$
$$2\pi_1^{(n)} = [\pi^{(n-1)} - \pi_1^{(n-1)}(1-m_1^{(n-1)})]\,c^{(n)},$$
$$2k^{(n)} = k^{(n-1)}(1+m_1^{(n-1)}) + k_1^{(n-1)},$$
$$2k_1^{(n)} = [k_1^{(n-1)} + k^{(n-1)}(1-m^{(n-1)})]\,c^{(n)},$$

quae formulae mox in has simplices abeunt:

$$28.\quad\begin{cases}
2\pi^{(n)} = 2\pi^{(n-1)} - \pi_1^{(n-1)},\\
2\,k^{(n)} = 2\,k^{(n-1)} - k_1^{(n-1)},\\
2\pi_1^{(n)} = \pi_1^{(n-1)}\,c^{(n)},\\
2\,k_1^{(n)} = k_1^{(n-1)}\,c^{(n)}.
\end{cases}$$

Contra quantitates ϱ, σ, in altera forma nominatorum computandorum adhibita, his formulis calculantur:

$$29.\quad\begin{cases}
\varrho = 1, \quad \sigma = 0, \quad \varrho_1 = 0, \quad \sigma_1 = 1,\\
2\varrho^0 = (1+m_1)\,\varrho + \varrho_1,\\
2\varrho_1^0 = ((1-m_1)\,\varrho + \varrho_1)\,c^0,\\
2\sigma^0 = (1+m_1)\sigma + \sigma_1,\\
2\sigma_1^0 = [(1-m_1)\sigma + \sigma_1]\,c^0,\\
\text{etc.}
\end{cases}$$

et generaliter:

$$2\varrho^{(n)} = \varrho^{(n-1)}(1+m_1^{(n-1)})+\varrho_1^{(n-1)},$$
$$2\varrho_1^{(n)} = [\varrho^{(n-1)}(1-m_1^{(n-1)})+\varrho_1^{(n-1)}]c^0,$$
$$2\sigma^{(n)} = \sigma^{(n-1)}(1+m_1^{(n-1)})+\sigma_1^{(n-1)},$$
$$2\sigma_1^{(n)} = \sigma^{(n-1)}(1-m_1^{(n-1)})+\sigma_1^{(n-1)},$$

quae formulae post nonnullas transformationes in has abeunt:

$$2\varrho^{(n)} = 2\varrho^{(n-1)}+\varrho_1^{(n-1)}, \qquad 2\varrho_1^{(n)} = \varrho_1^{(n-1)}m_1^{(n)},$$
$$2\sigma^{(n)} = 2\sigma^{(n-1)}+\sigma_1^{(n-1)}, \qquad 2\sigma_1^{(n)} = \sigma_1^{(n-1)}m_1^{(n)}.$$

Ex theoremate (24.) prodit hoc, „termini serierum:

$$„\nu\pi,\quad \nu\nu^0\pi^0,\quad \nu\nu^0\nu^{00}\pi^{00},\ \ldots \qquad „\nu\varrho,\quad \nu\nu^0\varrho,\quad \nu\nu^0\nu^{00}\varrho^{00},\ \ldots$$
$$„\nu k,\quad \nu\nu^0 k^0,\quad \nu\nu^0\nu^{00}k^{00},\ \ldots \qquad „\nu\sigma,\quad \nu\nu^0\sigma,\quad \nu\nu^0\nu^{00}\sigma^{00},\ \ldots$$

„ad certos finitos limites appropinquant, quos in sequentibus per

$$„P,\quad K,\quad R,\quad S,$$

„designabimus. Eodem modo termini serierum:

$$„\frac{\nu\pi}{lc},\quad \frac{\nu\nu^0\pi_1^0}{l^0c^0},\quad \frac{\nu\nu^0\nu^{00}\pi_1^{00}}{l^{00}c^{00}},\ \ldots \qquad „\frac{\nu\varrho_1}{lc},\quad \frac{\nu\nu^0\varrho_1^0}{l^0c^0},\quad \frac{\nu\nu^0\nu^{00}\varrho_1^{00}}{l^{00}c^{00}},\ \ldots$$
$$„\frac{\nu k_1}{lc},\quad \frac{\nu\nu^0 k_1^0}{l^0c^0},\quad \frac{\nu\nu^0\nu^{00}k_1^{00}}{l^{00}c^{00}},\ \ldots \qquad „\frac{\nu\sigma_1}{lc},\quad \frac{\nu\nu^0\sigma_1^0}{l^0c^0},\quad \frac{\nu\nu^0\nu^{00}\sigma_1^{00}}{l^{00}c^{00}},\ \ldots$$

„ad certos denique limites respective:

$$„P_1,\quad K_1,\quad R_1,\quad S_1,$$

„appropinquant." Quae theoremata etiam directe, mutatis mutandis, ex similibus in altera transformatione deducere licet.

XV.

Quomodo limites argumentorum, integraliaque indefinita et definita ipsa computentur.

Revocemus formulas (44.) et (45.) articuli XI., quibus limites Φ_1^0 et Φ_2^0, ψ_1^0 et ψ_2^0 determinandi erant, ut satisfieret aequationibus integralibus (40.) vel (48.) eiusdem articuli.

Ponamus brevitatis gratia hîc et in sequentibus:

$$1.\quad \sqrt{\left(\frac{(1-m^2\sin^2\varphi)\left(1-\frac{m_1^2-c_1^2l_1^2}{m_1^2}\sin^2\varphi\right)}{[1-(1-c_1^2l_1^2)\sin^2\varphi]}\right)} = D(\varphi, c, l, m),$$

